UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Johanne elemosynario episcopo. Cap[itulum]. lxxvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

ſacrificium offerret. Qui ſurgens intellexit ſe chriſto per martyrium immolandum: ⁊ celebrata miſſa cum militibꝰ ad iudicem ꝓfectus eſt. Cui multi lāguētes occurrerūt: ⁊ ab eo diuerſarū egritudinū ſalutē pceperūt. Quē milites iuſſu preſidis vſq͂ʒ in craſtinum in cuſtodia recluſerunt. Eodem die quedā mulier filiū ſuum morientē in cuius gutture os piſcis trāſuerſum erat ad pedes eius cum lachrymis obtulit: quē ſanctus oratione ſua mox ſanauit. Orauitq͂ʒ ad dominum pro cunctis ſe inuocātibus gutturis paſſionem aliquam ſuſtinentibus: ⁊ audiuit vocem ſe fore a dño exauditū. ¶ Sequēti vero die preſidi pñtatus cū ioui ſacrificare renuiſſet: dicens eum fuiſſe hominē ſacrilegū ⁊ damnatum: fuſtibus grauiter ceſus eſt. Deinde in carcerem reductus. Tūc vidua paupcula venit ad eum: conquerens lupum: vnicum ſibi porcellū rapuiſſe. Cui compatiens ſanctus orauit: ⁊ lupus porcum reportauit: mox illa dum rediens ⁊ ſuem reperiens eū occidit: ſanctoq͂ʒ viro partem coctam cum pane ⁊ candela obtulit: illeq͂ʒ refectus deo gratias egit. Poſt aliquot vero dies iterum de carcere educitꝰ. ⁊ ſacrificare nolens in ligno ſuſpendit: ⁊ vnguibus ac pectinibus ferreis laniat. Iteratoq͂ʒ depoſitus ergaſtulo dariſſimo mancipatur: quē ſancte ſeptem mulieres ſubſecute ſunt: vt ſupra proxime dictum eſt. Dum aūt in cuſtodia teneret: duo pueri filij vnius ex pfatis ſeptem feminis petentes ſe fieri chriſtianos: in eodē carcere recluduntur: quos blaſius in fide xpi docuit: ⁊ ſacri baptiſmatis vnda perfudit. Poſt hec autem iterum conſpectui pſidis preſentatur. Et dum in xpi confeſſione perſeueraret iubēte agricolao ligato ad collū eius ſaxo in lacum precipitatur. Ipſe vero aquam ſignauit: ⁊ mox ſicut arida terra permāſit. Ad quē ſup aquas ſtantem dū milites .lxv. accedere vellent: vt eū in profundum demergerent: ſubito vt aquas intrauerūt: ſubmerſi nuſq͂ʒ comparuerūt. Angelus aūt domini deduxit eum ad terrā. Quia militibus ante pſidem adductꝰ iuſſus eſt ab eo cū duobus pueris quos in carcere baptizauerat decollari. Ductus ergo ad locum paſſionis oratione ad dñm pro ſe inuocantibus fuſa cum duobus pueris capite ceſus eſt. iij. nonas februarij. Quoꝝ corpora heliſea mulier ſepeliuit: vbi non lōgo poſt tpe eccleſia eiꝰ noi fabricata ⁊ dedicata ꝯſiſtit.

¶ De ſancto Iohanne elemoſynario epiſcopo. Cap. lxxvij.

IOhannes cognomento elemoſynarius eps claruit tēporibꝰ foce imparoris: qui claris alexādrine natalibꝰ ortus ſanctitate ⁊ ſcientia preditus ad patriarcharū eiuſdē vrbis ꝓmotus: ex vberibꝰ elemoſynis quas faciebat elemoſynarius dictus eſt. Cui in oratione quadā nocte beata virgo apparuit coronam oliuarū in capite geſtās: q̄ ſe dei genitricē eſſe dixit: corona mie circūdatā: hortās ſctm̄ vt eā in ſpōſam aſſumeret: ⁊ quicquid peteret a dño obtineret. Extunc mie operibus intentus fuit: et pauperes ſuos dños appellauit: famuliſq͂ʒ ſuis precepit: vt ciuitatē circuirent: et omnes dominos ſuos conſcriberent. Qui cum nō intelligerent: expoſuit dominos ſuos eſſe pauperes ⁊ mendicos: qui ſibi auxiliari fiebant: et regnū celorū ſibi largiri poterant. Et vt conciues ſuos ad elemoſynas induceret: exēpla plurima ſanctorū inducebat: qui largas elemoſynas tribuētes bonis ſpūalibꝰ abūdāt. ¶ Monachus quidā noie vitalius oēs publicas meretrices cōſcripſerat: quas viciſſim ſingulas noctibꝰ ſingulis cōducebat. Et ad eas intrans in orōne pnoctabat: pcipiēſq͂ʒ mane cui reuelarēt exēplo ſue ſctitatis ad mltas pniaꝫ pducebat. Et cū ex hoc multi ſcādalizarent: putātes vitaliū admodū eſſe laſciuiū: ⁊ de hoc iohāni epo q̄rimonia delata eſſet: noluit eis fidē adhibere: deprecans deū: vt opꝰ ſcti viri alicui reuelaret talr: q̄ nō amputaret in pctis his qui in eū ſcādalizabant. Poſt dies paucos egrediēs monachꝰ ab vna illarū obuiauit cuidā ad eā cognoſcendam ingredienti: qui vitaliū alapa pcuſſit: ⁊ eum de fornicatione redarguit. Statimq͂ʒ diabolus in ſpecie mauri virū illū in gena repcutiēs eū vexare cepit. Ita vt ex ore eius demō clamaret: ⁊ vitalij ſanctitatē exprimeret: necnō caſtiſſimū cōprobraret. Pro quo dū ille oraſſet a demonio liberatꝰ eſt. Mulieres quoq͂ʒ q̄ ſanctꝰ vir operabatur manifeſtare ceperūt. Que oīa beatꝰ Iohannes p ſpm̄ cognoſcebat: ideoq͂ʒ maledictis fidē adhibere nolebat. Sicq͂ʒ orōnibꝰ eiꝰ innocētia viri ſcti manifeſte cognita fuit. ¶ Cuidā in habitu peregrini ad ſe venienti ⁊ elemoſynā poſtulāti: mādauit iohānes ſex numiſmata dari. Iterūq͂ʒ mutato habitu reuerteti: ſex aureos ſibi dari pcepit. Cui etiā tertio mutatis veſtibus redeunti duodecim dari iuſſit. Cū autē diſpēſator ſibi innueret: q̄ hic idē paup ipa die bis elemoſynā diuerſis mutatis veſtibus ſumpſiſſet: inſtitit iohānes vt ſibi toties daret: quoties ille rediret: ne forte eēt xps: qui ſe tētare veniret: an poſſet plꝰ accipere q̄ eps ſibi dare. ¶ Quidā patricꝰ pecuniā eccl'ie in mercationibꝰ ponere volebat: patriarcha vero reſiſtebat: volēs ipam paupibꝰ largiri: ſicq͂ʒ cōtēdētes ad inuicē irati ſunt. Adueniēte ergo hora .xi. mandauit patriarcha patricio p archipſbyterū dicēs: q̄ ſol in occaſum vergebat. Quod ille intelligens ad eum venit: ⁊ cū lachrymis veniā poſtulauit. ¶ Quidā eiꝰ nepos a tabernario grauia cōuitia audierat: ⁊ patriarcha cōq̄ſtꝰ eſt. Cui patriarcha rñdit: ſe ipo die talē rē in eo facturꝝ: q̄ tota alexādria miraret. Cōſolatꝰ eſt ergo nepos: pu

tans ꝙ eum faceret grauiter verberari. Qui
eodẽ die ꝓ hoĩe illo miſit: ⁊ ipm̃ ab oĩ penſione
⁊ tributo liberũ fecit. Aduocanſq; nepotẽ dul-
ciſſimis verbis eũ ad patientiã et iniuriarum
tolerantiã aĩauit. ¶ Monumẽtũ ſibi fabricari
fecit: qđ tamẽ quoadui xit imperfectũ reliquit.
Ordinauitq; ſuis clericis: vt quãdocũq; in ſo-
lẽnitatib⁹ celebraret: ſibi cõmemoraret monu-
mentũ ſuũ imperfectũ exiſtere: ⁊ ꝙ ipm̃ cõple
ri mandaret: neſcius qua hora fur veniret. Hoc
aũt faciebat: vt cõtinue memoriã mortis habe-
ret. ¶ Diues qđã videns ſanctũ vilẽ ſtratũ ha-
bere: eo ꝙ oẽs pãnos pauperib⁹ erogaſſet: pre
cioſum coopertoriũ emit: et iohãni tradidit. q̇
cũ illud nocte ſuper ſe teneret oĩno dormire nõ
poterat: cogitãs ꝙ. ccc. dñi ſui de tanto precio
operiri poſſent. Facto igitur mane ſtatim illud
vendidit: ⁊ preciũ egenis diſtribuit. Quod au
diens diues ille coopertoriũ redemit: ⁊ iohãni
ſecũdo tradidit: rogans ipm̃ ne illud amplius
venderet: ſed ſemper ſe teneret. Ille autẽ ſecũ
do vendidit: ⁊ de precio vt prius fecit. Tertio
autẽ vir ille coopertoriũ redemit: ⁊ iohanni de
dit dicens: ꝙ omnino propoſuerat videre quis
vinceret: aut ipe in redimẽdo: aut ep̃us in ven-
dendo. Et ſic ſuauiter quaſi diuitẽ illuz vinde-
miabat. ¶ Cuidam elemoſynã petenti nummũ
dari fecit: qui indignatus eo ꝙ maiorẽ ſibi ele
moſynã non dediſſet: in cõtumeliã eius proru-
pit: famuloſq; vindicare volẽtes ep̃s ꝓhibuit:
ſacculũ quoq; pecuniarũ coram illo effudit: di
cens vt inde acciperet quot vellet. ¶ Conſue-
tudinẽ fecerat populus: vt lecto euangelio ec-
cleſiam exirẽt: ⁊ verbis ocioſis vacarent. Qui-
dam vice lecto euangelio cum eis ep̃s exijt: ⁊
inter eos ſtare cepit: dicens ꝙ vbi oues ibi pa-
ſtor eſſe debebat. Quod cũ bis iterum feciſſet:
populũ in eccleſia ſtare docuit. ¶ Iuuenis qui
dã qui ſanctimonialẽ rapuerat a familiaribus
ſuis exprobrabat᷑: dicẽtib⁹ ꝙ erat dignus mor
te. Quos ille redarguit: dicens eos magis de-
linquere: qui proximũ iudicabãt: qui forte am-
plius nõ peccabat. Cũ autẽ febre correptus vi
cinus eſſet morti deo gratias egit: qui vnicum
ſibi ſolũ nummũ dimiſerat: quẽ ⁊ pauperibus
dari fecit. Cum autẽ defunctus eſſet ⁊ corpus
eius in ſepulchro vbi erãt duorũ epiſcopoꝝ cor
pora deponere vellẽt: corpora illa in latera ſe-
cedentia mirabiliter beato iohanni ceſſerũt: et
locũ ſibi mediũ vacuũ dimiſerũt. ¶ Ante dies
paucos obit⁹ ſui mulier quedã ſibi cõfeſſa pec
catum vnũ enorme et verecundia omiſit: quod
tamẽ in cedula ſcripſit: ⁊ ſigillauit: ⁊ iohanni
tradidit vt pro ſe dominum exoraret. Audiens
autem ipm̃ defunctũ: ⁊ ſe confuſam reputãs: ſi
forte ſcriptũ ſuũ ad manus cuiuſpiaꝫ deueniſ-
ſet ad tumulũ ſancti iohannis duriſſime flere
cepit. Cui ille pontificalibus indut⁹ apparuit
duobus ſecũ quieſcẽtibus ep̃is hinc inde val-
latus: qui ſcriptum ſigillatuꝫ mulieri tradidit.
Quod illa aperiens peccatum ſuum deletũ in-
uenit: ſcriptum tamen ibidem repperit: ꝓpter
iohãnem ſeruum meũ deletum eſt peccatũ tuũ.
Illaq; deo gratias egit. Quieuit autẽ ſanctus
iohãnes in chriſto. iiij. nonas februarij circa an-
num domini. cccccv.

¶ De ſancto Gaudentio ep̃o. Cap. lxxviij.

GAudentius epiſco-
pus nouarieñ. fuit. Qui de hypo
ria oriundus ſancti martini turo
neñ. epiſcopi notarius ⁊ diſcipu
lus extitit. Cui multo tẽpore ad-
heſit. Et poſt modũ mediolañ. veniẽs cum ſan-
cto euſebio vercelleñ. epiſcopo exiliũ ſuſtinuit.
Indeq; reuocat⁹ a ſancto ſimpliciano medio-
laneñ. archiepiſcopo: primus nouarieñ. epiſco-
pus ordinatus fuit. Qui et epiſcopatum ſuum
ſtrenue gubernauit: et inter cetera corpus ſan
cti laurentij presbyteri et martyris apud noua
riam cum multis quos baptizauerat paſſi du-
dum latens inuenit: et digna veneratione exal-
tauit. Dum autem mortuus eſſet: et ſibi precio-
ſum ſepulchrum pararetur: a menſe februario
vſq; ad auguſtum inhumatus: ⁊ omnino incor-
ruptus corpore permanſit: quo tempore et ca-
pilli et vngues eidem creſcebant: vti eo tẽpore
quo viuebat. Hic etiam inter cetera miracula:
mulierem vexatam a diabolo liberauit. Quie-
uit in pace. iij. noñ. februarij.

¶ De ſanctis celerino ⁊ ſocijs mar. Cap. lxxix.

CElerinus diacon⁹
⁊ cõfeſſor: ⁊ auia eius celerina:
laurẽtius eius patruus ⁊ igna
tius auũculus martyres: apud
aphricam claruerunt. De quoꝝ
omniuꝫ glorioſis laudibus me-
morat bti Cypriani epiſtola ad martyres ſcri-
pta. Nam vt ibideꝫ dicit celerina glorioſa anus
martyrio coronata eſt. Patruus ṽo celerini lau
rentius: et auunculus eius ignatius in caſtris
ſecularibus militantes palmas domini illuſtri
paſſione meruerunt. Celerinus autẽ diu adhe-
rentibus penis afflictus per. xix. dies in carce
ris cuſtodia ſeptus in neruo ac ferro fame cru
ciatus: inde tandem eductus: ⁊ diuina ꝓuidẽ-
tia dimiſſus: ad diaconatus ordinem ꝓmotus
ſanctitate pollens quieuit in pace. Hoꝝ omniũ
feſtum recolitur. iij. noñ. februarij

¶ De ſctõ Symeone ꝓpheta. Cap. lxxx.

SYmeon ſenex ⁊ pro-
ta noui teſtamẽti: de quo in euan-
gelio Luce. ij. multa preconia pre
dicantur: ꝙ videlicet fuit homo
iuſtus et timoratus: et expectans conſolatio-
nem iſrl': et ꝙ ſpiritusſanctus erat in eo. Et ꝙ